

III

furfum sunt querere nisi p̄sus resurrexeris
 Non potes que fursum sunt sapere nisi p̄
 us illa quesieris. Quid enī illa bona que
 fursam sunt inuenire nisi quodā dulcedi
 nis ⁊ experētie gustu p̄sentire illā: Ideo
 cuncta plustrat scrutatur: vt quod amat
 alicubi degustet. Surgā (inquit) ⁊ circui
 bo ciuitatē: querā per vicōs ⁊ plateas quē
 diligit anima mea. Pultū sibi fiduciae s̄a
 ctus amor assumit. Quantū enī putas di
 ligeat: que tantū p̄sumebat: Surgam
 (inquit) ⁊ circui bo ciuitatē. Non veniet i
 conspectū tuū dñe om̄is hypocrita. Ab
 scōdit se adam: ex quo bone p̄sentie au
 sum amisit ⁊ inuentū se doluit: qui magis
 q̄rere debuerat. Qui fictē diligit: fugit cō
 spectum tuū. que vero sponsa est ⁊ chari
 tatis dorata munere: etiā fugientē insecta
 rur. Duo ibis bone Iesu a facie vehemē
 tis desiderij. Si ascenderis in celoz: illic
 est: si descenderis in infernū. adest. Ubique
 te sequit̄ curiosa scrutatrix: ⁊ per singulos
 operū tuoz gradus discurrens: quod fidē
 tenet: conatur trāsfundere in affectū: ⁊ ad
 mirande maiestati deuotione respondere
 Ad dilectionis incentiuū om̄ia euangeli
 documēta deducit: vt in quibz veritatē su
 scipit: virtutē p̄sentiat teipm̄ sponsum su
 am ch̄riste Iesu. Qui viuīs ⁊ regnas per
 om̄ia secula seculozum Amen.

Sermo. iiii.
Circuitus iste
 nō est peruagatōis. sed investi
 gationis. At si vagat̄ que cir
 cuit: nō euagatur tamē: nō excedit termi
 nos ciuitatis: nō loca que dilectus ambu
 lare solet. In circuitu ambulat: sed intus
 ambulat p̄ vicōs ⁊ plateas ciuitatis. Sa
 pientia enī in his vīs se ostendit hilarit̄
 ⁊ in plateis dat vocē suam. Ideo in istis
 circuitu: qz nouit vbi solet vberior occur
 sus esse dilecti. Circuibō (inquit) queram
 p̄ vicōs ⁊ plateas. Frequens tibi est o fe
 lic anima talis circuitus ⁊ accessus fami
 liaris: ⁊ nota sunt tibi om̄ia ciuitatis: cir
 cuitus ⁊ recessus intimi. Angusta vicōz
 ⁊ lata plateaz. Introducit te rex in cellam
 vinariā. Nunqd ⁊ in om̄es alios secreto
 res recessus: Om̄ia tibi sunt aperta: ⁊ per
 uia ⁊ vsu quodā ad beatū hūc expedita te

sentis circuitum. Ideo nō cunctāi s̄ p̄
 denti similis dicit̄. Circuibō ciuitatē. Et
 quantū putatis fratres: quantū solarij cō
 fert inuisere interim ⁊ crebro p̄terere gres
 su loca in quibz stare solebant pedes eius
 quē diligit. Nescio quo pacto loca in q̄bz
 aliquid boni experti sum⁹ ⁊ expressius id
 ipsum imp̄munt memorie: ⁊ ex ordine aū
 mentis depingūt oculos. ⁊ qd iam exp̄ti
 sumus in ipm̄ iterato speramus. Ego lo
 ca ista nō corporalia s̄ sp̄alia crediderim
 oportuna ad anime exercitatōz sp̄ialem.
 propterea in his accipiamus circuitum.
 Circuitus iste an recordationis est an in
 uestigatōis: Circuit enī qui vel nota re
 colit: vel ex ip̄s notis colligit que nō dū
 sunt nota. Circuit qdāmodo q̄ nota re
 cordatur: vel p̄curat̄ noua. Circuit⁹ qui
 dam est: quom̄ ea que iā fide v̄l intelligen
 tia tenemus: ordine retrahimus. Circui
 tus quidā est: cū ex his que iam tenemus
 ad occultiora tendim⁹ ⁊ penetrām⁹. Cir
 cuitus ille oblationis est. iste ratiois. Ille
 amabili⁹ est. iste acutior. Et q̄uis ille
 circuitus magis accommodatus sp̄se v̄i
 deatur: neutrum tamen illi negabim⁹. Si
 ue enī nota ⁊ cōperta reuiserit. siue inuesti
 get noua: in om̄ibz amoris tm̄i fomitē que
 rit. Bonus quidē ratiois circuitus. sed
 quando se ratio ipsa itra fidei regulas cō
 tinet: ⁊ eius terminos non excedit de fide
 ad fidē. vel de fide ad itelligentiā p̄tingēs
 Intelligentia quidē r̄si fidem excedit: nō
 tamen aliud contuet̄ q̄ quod fide p̄tinet
 In intelligentia q̄s in fide non certitudo
 maior est sed serenitas. neutra vel errat v̄l
 heret. Vbi vel erro: vel hesitatio est intel
 ligentia non est. vbi hesitatio est: fides nō
 est. Et si fides admittere posse videtur er
 rorem: non est vera nec catholica fides: s̄
 erronea credulitas. Fides (vt sic dicam).
 veritatem rectā tenet. ⁊ possidet intelligen
 tiam reuelatā: nūdam cōtuet̄. ratio cona
 tur reuelare. Ratio inter fidem intelligen
 tiamqz discurrens: ad illā serigit. sed ista
 se regit. Ratio p̄ aliquid q̄s credere vult
 Quid aliud: Cōspicere. Aliud est crede
 re. aliud est cernere. nō tamē aliud q̄ qd̄ fi
 de conspicit: cōspicere conat̄. Et si nō dūz
 sincere videre potest. quibusdam tamē ac
 commodatis experimentis cōijcere tem
 prat que iam solida fide cepit. Rō supra
 A s